

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Michaël Caruallius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

P. Petrus Michaël Bril-  
macher.

*German⁹.*  
*Mogūtiae.*  
25 Aug.  
1595.  
ætat. 53.  
Soc. 37,

*Fides.*

Cùm quà voce, quà li-  
bris typo editis h̄ereticos ad  
silentium vsque compelle-  
ret, propinatum ei ab illis  
venenum est, quod nullis  
planè pharmacis domari ac  
vinci potuit. Vir fuit magni  
animi, linguarum peritus, fe-  
licis eloquentiæ in conuer-  
sione multorum; apprimè  
charus Principibus, & huma-  
nitate ac humilitate prorsus  
eximiâ.

P. Michaël Caruallius.

*Iuſitanus.*  
*Omura.*  
25. Aug.  
1624.  
ætat. 47.  
Soc. 27.

*Oratio.*

Olim puer Isaacum ege-  
rat in theatro, vt suæ mor-  
ti præluderet; ad quam per  
magna pericula virtutesque  
peruenit. Aliquando bire-  
mi fractâ, natatu euafit ad  
littus. Omnes quæ ad spiri-  
cum attinent functiones, flē-  
xis

xis genibus obibat . Diuino  
 sacrificio celebrando se per *sacrum*  
 horam solidam præparabat ,  
 & aliam horam integrum  
 dabat reddendis gratijs .  
 Beatissimæ Dei Matri reli- *B.V.*  
 giosè addictus quotidie se *Monif.*  
 cædebat , cilicio quæ è fetis  
 texto , quæ ferreo persæpè  
 accinctus . In Iaponia erumne  
 illi in delicijs , maximè cùm  
 per menses tredecim in car- *Fides.*  
 cere se videret ; quo tempo-  
 re incredibili martyrij de-  
 siderio tenebatur , optabat-  
 que pro Christo particula-  
 tam incidi . Ibi quoque duos  
 excubidores ad Christum  
 conuertit . Ad mortem du-  
 stus , crucem ipse portauit ,  
 cum socijs psalmos canens .  
 Primus ipse palo alligatus ,  
 & cum illo religiosi alij plu-  
 ges ; atque omnes dum arde-

L 5 rent

*IESVS*  
*MARIA.* rent IESVM & MARIAM  
pronunciauere, atque vixê-  
re.

*Hispanus.*  
*in Perua-  
na.*  
*apud.*  
*Ciuncas,*  
*28. Aug.*  
*1597.*  
*etat 42.*  
*Pauper-  
tas.*

*Mortif.*

P. Michaël de Vrrea.  
In Peruuium anno 1585.  
traiecit: duo gentis idioma-  
ta confestim perdidicit. Re-  
ctoris officium cum lachry-  
mis deprecatus, paupertatis  
impensè amans, angulum  
pro cubiculo habuit, quod  
illum vix caperet, atque in  
quo ob loci humilitatem  
erectus stare non posset. Re-  
liquarū virtutum diues cùm  
eslet, super alias ditior fuit  
seuerâ in se asperitate, ac hu-  
militate. Cibus illi herbæ, ac  
radices: lectus in farmentis,  
quotidiana & cruenta flagel-  
latio, nulla humana solatia  
in ærumnis. Anno 1596. ad  
Ciuncas primus è Societate  
destinatus, quotidie se crué-  
ta-